de male contra se obtento processu ageret tam in ea causa quam in alys omnibus in quouis Judicio stare in Regno et dominys eidem subiectis versari negotiaq sua licita et honesta peragere valeat persona rebusq ipsius sub hac nostra protectione saluis Ita tamen ut sese cohabitantes pacate gerat nec ullas violentias exerceat et omnibus de se conquerentibus iuris ordine sese iustificare teneatur Quorum ad omnium quorum interest notitiam deduci eisdem mandamus ne quid praetextu executionis decreti praefati per eum contra praenominatum Stanislaum Lipsky attentent sub poenis in violatores salui conductus nostri sancitis literasq salui conductus praesentis in Acta Castrensia inscribi et voce praeconis publicari curent In cuius rei fidem etc.

Decretum in causa Sacrilegij Sctssimi Sacramenti inter cives et Judaeos Bochnenses.

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quod posteaquam priori decreto nostro in causa atrocissimi Sceleris Sacrilegij Sacratmi Eucharistiae Sacramenti autore quodam Jacobo Judaeo Bochneñ, per Mathiam Mazur et Mathiam Judka Suveski atq eidem Judaeo traditi inter totam communitatem civitatis nostrae Bochneñ et Judaeos Bochneñ iam ab annis aliquot ventilata tandem iurisdictione decretum nostrum interces- sisset quo adhuc ex innata nobis clementia Senioribus totiq Communitati Judaeorum Bochneñ certum tempus ad Feriam Sextam secundam post Festum Sancti Martini proxe praeteritum concesseramus ut interea iidem Seniores sub poena depertationis, tam praedictum Jacobum criminis authorem quam etiam Finczek et Joszko Wronka sponsores ipsius coram nobis praesentes statuerent Quis quidem depertationis poena iam tum eodem decreto nostro depertis- dem Judaeis decreta fuit. In termino itaq ex eadem prorogatione posteaquam tota Civitas Bochneñ per internuncios eam causam attentaret et tandem aliquando extremam manum huic negocio imponi postularet. Nomine vero communitatis Judaeorum Bochneñ Nobilis Laurentius Borzbsky eorum mandatarius principales suos authorem praefatum eiusq sponsores ubiq quaesivisse et in Turciam eos aufugisse nunciumq cum in rem ab illis missum in Valachia occisum esse assereret atq id literis privatis

332

cuiusdam Telonearii Valachici probare intenderet. Nos cum Con-
siliarijs et iurisperitis nostris eo considerato quod causa hęc tot
annis iam agitata est et Iudęi praedicti Bochnen. satis superq.
benignitatis nostrae experti decreto tamen nostro satis non fecerint neq.
Iudęos praefatos tam Iacobum autorem criminis quam sponsores
ipsius coram nobis statuerint. Ideo inhaerendo eidem priori decreto
nostro, visaq. protervitate et temeritate eorum eandem poenam de-
portationis iam antea super eisdem latam ad effectum deducen. decer-
nen. duximus decernimusq. ut omnes et singuli Iudęi quotquot in Ci-
vitate Bochnen. et circa eam commorantur ex ea migrent et domicilia
inde alio quo voluerint transferant idq. in duodecem septimanis
a data praesen. computan. peremptorie sub poena confiscationis omnium
et singulorum bonorum quocunq. post decursum duodecem septimanar.
sub iurisdictione civili et Advocatiali Bochnen. reperientur Neq.
amplius perpetuis temporibus in eam civitatem habitationis gra-
tia redeant neq. ibi quocunq. praetextu sive famulatus sive ex condu-
cto et locato sive alio quocunq. colore tam in ipsa civitate quam in fun-
dis et suburbijs tam civilibus quam Advocatialibus et alijs qui-
buscunq. bonis sive nostris sive Nobilium tam spiritualium quam secularium
personarum ad duo milliaria circum circa Civitatem Bochnen.
iacentibus subsistant sub eadem poena confiscationis omnium
bonorum et in personas etiam Iudęorum ibidem repertas gravioris
pro arbitrio nostro animadversionis. Cuius rei executorem realem
iam exnunc et in posterum committimus Famatis Proconss. et Consul.
civitatis illius Bochnen. quibus serio mandamus, ut praesens decretum
nostrum tempore superius expresso elapso et semper in posterum
realiter sine ulla cunctatione exequantur sub poenis arbitrio nos-
tro irrogandis. In cuius rei fidem etc. Datum Cracoviae. Feria quarta An-
te Festum Sanctae Catherinae proxima Anno Domini 1605

Decretum bannitionis

Sigismundus etc. Significamus

Supplicatum nobis esse ut literas decreti infrascripti ex Actis
Cancellariae nostrae minoris descriptas atq. in forma authentica extra-
di mandare dignaremur quarum tenor sequitur et est talis

Sigismundus etc. Significamus

Devolutam fuisse ad nos et Iudicium nostrum per viam appellationis